



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 38. Remissus Cæsareorum studium in petendo Calicis usu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. XXXVII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.*Opinionum varietas circa hanc
quæstionem.*

Porro Patres, qui hisce conventibus *Pallav. cap.*
numero centum sexaginta sex in- *4. n. 23.*
terfuere, in octo partes divisi sunt: qua- *versus finem.*
tuordecim enim auctores erant, retar-
dandum esse Decretum: triginta autem
& octo repulsam probabant, & viginti,
novem concessionem, vigintique, & qua-
tuor rem esse Pontifici relinquendam
censebant: porro triginta, & unus
primum articulum admiserunt, secun-
dumque rejecerunt, seu in concessionem
propenderunt, non tamen illam Episco-
pis committendam, sed ejus executio-
nem Pontifici relinquendam putabant:
decem vero in partem negantium incli-
nabant, contententes Pontificem esse
rogandum, ut suos Delegatos hanc in
rem in Germaniam ablegaret: novemde-
cim denique concessionem ad Bohe-
miam, & Hungariam esse restringen-
dam autumabant.

§. XXXVIII.

*Remissius Cæsareorum studium in pe-
tendo Calicis usu.*

Interea Cæsarei firmam obtinendæ pe- *Pallav. c. 5.*
titionis spem conceperant; cuncta e- *n. 1. § 2.*
nim prospero prorsus successu eorum
T 2 preci-

Sæcul. XVI. precibus adspirare videbantur: nam
A. C. 1562. concurrebat complurium Principum po-
 ftulatio, & Pontifex erat propitius, nec
 non Legati etiam concessioni favere
 videbantur, & ipsum argumentum fuit
 arbitrarium, ac nulli noxium, & officia,
 ac studia in omnibus summa credeban-
 tur, quæ omnia optatum polliceban-
 tur exitum: nihilominus præter omnem
 expectationem spe sua frustrabantur,
 actandem cognoscere cogebantur, quod
 in hoc negotio amplius ipsis speran-
 dum esset ab auctoritate ad unum so-
 lum Judicem restricta, quam in plures
 divisa: quapropter sese aliorum con-
 vertere compellebantur, & licet ab initio
 recusarent consilium, quod ipsis a Lega-
 tis proponebatur, ut nimirum Syno-
 dus rem Pontifici decernendam remit-
 teret; nam illi honorificentius sibi, sub-
 ditisque acceptius arbitrabantur, si et-
 tiam, quemadmodum usus calicis ab ur-
 na Synodo sublatus fuerat, restituere-
 tur ab altera, fortunatumque sibi exitum
 indubitanter erant polliciti, postquam
 tamen se deceptos agnoverant, coacti
 sunt ad consilium, quod antea respue-
 bant, rursus confugere. Horum
 proposito hac in re obstitisse credeba-
 tur Vargas, qui impense Pontificem,
 ne illud concederet, dehortabatur, ex-
 ponens, quod illi, qui sub certis condi-
 tionibus

*Lit. arcan.
 Vicecom. ad
 Borr. 30.
 Jul. & 3.
 Sept. apud
 Pall.*

tionibus calicem peterent, postea earum nullam adimpleturi essent: quinimo Vargas quoque ad Pagnanum, Piscarii Marchionis administrum Tridenti agentem scripserat, ejusmodi concessionem utique Regi detrimento futuram, propterea quod hoc ipsum in Hispanis sub pietatis specie hujusmodi novitatum desideria excitaret, hæque subditorum cupiditates, sive ipsis satis, sive non fieret, semper cum perturbationis periculo in regnis copularentur. Eandem quoque rem Pagnanus ad ipsum Regem perscripserat.

§. XXXIX.

Legatorum consilium de hoc negotio ad Papam remittendo.

Interea Legati, cum calicis negotium *Sarp. l. 6.* ad Pontificem remitti haud ægre fer- *p. 552.* rent, illos quoque, qui prius sese opponebant, ad sua studia pertrahere nitebantur: eapropter hujus rei provinciam tradebant Jacobo Lomelino Episcopo Mazariensi, & Vicecomiti Ventimigliensi Antistiti, ut ea, qua possent, dexteritate, cautioneque in id incumbere: nec cessatum ab ipsis Legatis, nam id persuadebatur eorum opera tribus primo Patriarchis, ac dein omnibus ditionis Venetæ Prælati, qui satis magno erant numero, ut ad eam partem

T 3 acce-

Sæc. XVI.
A.C. 1562.